


~~4.ii~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
~~II~~  
5. SIGNAT. C1910CCXIII.



In hoc volumine continentur:

1. Parschitus: Dyodekas. *trabo III. 3733.*
2. Annus jubilaeus Leopoldi I. *trabo III. 3571.*
3. Hexastichon in Lepodium Jos. Sull.
4. Parschitus: Pio... Josepho I. s. *trabo III. ~~2254~~ 3484*
5. Mausoleum regum Urygiae. *trabo III. 2254. Opponj. 863*
6. Fremellus, J.S.: Pomerania.
7. Parschitus: Trifolium anagy. 1674
8. " " " 1695
9. " Aristokratia *trabo III. 3809.*
10. " Descriptio regum jud. *trabo III. 3726.*
11. " Symbolum
12. " Corona anagy.
13. " Anagramma
14. " Corona anagy. 1693
15. Meurer, Garlef: Glossem ...
16. Feiler, David: Sol Solitudo ...
17. Ostrowski Ab. v.: Panegyricus
18. Salpius, Joh.: Ad nat. Frederici III.
19. Sacra iterum Fessica ...
20. Müller, Joh. Gg.: Epos
21. Templum ss. Trinitati dicatum ...
22. Pocus, Mich. Chr.: Als Flr. Christian ...
23. Als auf hochfürstl. gnäd. Verordnung ...
24. Schwend, Adam: Ad audendam panegyricam
25. Als die von dem Durchl. Fürsten ...
26. Tetorius, Mich.: Den Herrens- Tempel ...
27. Wendel, Wolf. D.: Vivat senatus Lipsiensis
28. Kassai, F. Ab.: Suspiria *trabo III. 4256*
29. Kotzi, Sam.: Suum cuique
30. Musa somnians

31. Cum vir nobilissimus C. Donati...
32. Cum rector magnifico ... J. Strauß...
33. Designation der Inscripationen.
34. Christophori, Matth.: Par
35. Grossgebau, Phil.: Ancile Vinariae s.
- 36 = 28. *ratio III 4256.*
37. Kassai, G. M.: *Interpres ratio III 4065*
38. Catalogus lectionum Upsal.
39. Ammersbach, Jm.: Lux & dux.



Ung II 5



MACROCOSMI ET MICROCOSMI  
LUX ET DUX, LEX ET REX;

39

Nuncia vel magistra vetustatis, vetustas ætatis, ætas vitæ, vita memoriæ,  
memoria veritatis, veritas testimonium luminis, lumen  
temporis, tempus omnium rerum creatarum & gestarum,  
quæ, quales, quantæ, &c.

*Id est*

Historico-Chronologico-Geographicâ,  
Politico-Theologica

MUNDI CONSI-  
DERATIO

*vel*

Quatuor Monarchiarum, Imperatorum, nominum,

Successionum, seculorum, variorumque memorabilium ad Historiam universalem,  
sacram & profanam, præprimis chronico-pragmaticam, in quantum hic opus, spectan-  
tium, nec non aliarum scientiarum & rerum, divinarum  
& mundanarum

*METHODICA ET DISTINCTA DELINEATIO*

Partim hieroglyphicis & metricis, partim etiam aliis inventionibus & dispositio-  
nibus isagogicis, compendiosè descripta, adeoque velut in speculo totius Macro-&  
microcosmi formam & figuram exhibens.

Non solum illis, qui in Veterum monumentis tam sacris quam profanis  
cum fructu versari desiderant, verùm etiam iis, qui hodiernum mundi statum & cursum so-  
lidè-eruditè prudentiâ cognoscere amant, ad Ecclesiæ, Reip. & privatæ vitæ consilia  
& mores rectè regendum prudenterq; de omnibus rebus iudicandum  
maximè utilis & necessaria.

*Sine quâ cognitione homo etiam longissima aetate puer, peritus verò ejusdem, etiam senili adhuc  
aetate rerumq; usu destitutus, res plurimas nosse et vidisse creditur imò  
cum omnibus omnium aetatum hominibus & populo  
vixisse videtur.*

*Opera*

HENRICI AMMERSBACH. P. P. P.

edita

---

HELMSTADI,  
Typis JACOBI MÜLLERI,  
Prostat Lipsiæ & Francofurti apud  
Henning. Grossens heredes,  
cuius loci LXX.

# Historico-Chronologico Geographica MUNDI CONSIDERATIO

*id est*

## QUATVOR MONARCHIARVM

Imperatorum, nominum, successuum, seculorum aliorumque  
notabilium, ad Historiam universalem, sacram & profanam, præmissis chronico-pragmaticam, in quantum hic opus, spectantium

## METHODICA ET DISTINCTA DELINEATIO


Hieroglyphicâ & metricâ inventione, compendiosè descripta,

Non solum illis, qui in Veterum monumentis tam sacris quam profanis cum fructu versari desiderant, verum etiam iis, qui hodiernum mundi statum & cursum solide eruditâ scientiâ cognoscere amant, maximè utilis & necessaria.

*Opera*

HENR. AMMERSBACH. P.P.P.

edita.



### TABULA HARMONICA AD COGNITIONEM

*M<sup>A</sup> CROCOSMI UTILIS.*

	CALIDVM		FRIGIDVM	
	SICCVM	HUMIDVM	HUMIDVM	SICCVM
Cardin. mundi	Oriens	Meridies	Occasus	Septentrio
Venti Cardin.	Eurus	Auster	Zephyrus	Boreas
Elementa	Ignis	Aer	Aqua	Terra
Partes anni	Aestas	Ver	Hyems	Autumnus
Lunation. Quadrae	2. A Quadr. 2. ad Plenilunium	1. A Novilun. ad Quadr. 2.	4. A Quad. 3. ad Novilunium	3. A Plenilun. ad Quadr. 3.
Quadrantes dici	2. A III. diei ad IX. diei	1. A IX. noctis ad III. diei	4. A III. noctis ad IX. noctis	3. A IX. diei ad III. noctis
Humores	Cholera	Sanguis	Phlegma	Melancholia
Aetates	Juventus	Infantia	Deerep. Sen.	Ima Senectus
Intervalla temporum	2. Ad captivitat. Babyl.	1. Ab Adam ad diluvium	4. Ad ultima tempora	3. Ad Christ. nativitat.



# ISAGOGE UNIVERS. HISTORIÆ SACRÆ

V. & N. T.

In tria tempora juxta traditionem domus Eliæ, distincta,  
quorum

## I. INANE.

**N**umeratur à primo orbis & hominis  
exordio ad Abrahæ circumcissionem.  
Hic vixerunt sequentes:

Ante diluuium: Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoch, Mathusalem, Lam-ch, Noah.

Post diluuium? Sem, Arphachsad, Sale, Eber, Peleg, Rehu, Saroch, Nahor, Thara, Abraham, Isaac, &c.

## II. LEX.

Tractat historiam Politicæ Judicæ, in 5. ætates distinctam, annis 430. plus minus in unaquamque connumeratis, solâ fenestrate exceptâ, quæ vix dimidium illius superavit.

Infantia, à vocatione Abrahæ ad exitum ex Aegypto. Hac satis debilis & invalida fuit, ideoque paterno gubernata imperio.

Adolescentia, abhinc ad initium regni Israelitici. Hic viguit Aristocrazia & Judicaria potestas.

Juventus, ab exordio regni ad initium iniquitatis domus Judæ. Hic obtinuit potestas Regia.

Ætas ingravescens, abhinc ad introductionem rituum ethnicorum. Hic placuit DEO, propter peccata, cum post reditum ex Babyl. captivitate novum jam templum novaque Politia conderetur, novam quoque imperii formam constituere, quæ Pontificum simul erat & Ducum; majestatem tamen superiorum non æquabat.

Senectus, abhinc ad excidium sub Tiro. Hic status fuit assidissimus, quo non solum apud Judæos sinceriore Dei cultu amissio triplex orta est secta, Phariseor, Sadducæor, & Essenor. sed & unâ libertate Judicâ amissâ secuta est totius Gentis devotio.

## III. MESSIAS.

Hoc gratiæ tempus destinatur partim

CHRISTO partim Anti-Christo hicipiri. De Christo agitur in Evangelistis: Anti-Christus est duplex: Orientalis, extra ecclesiam collocatus eamque forinsecus armis oppugnans; Et Occidentalis, in templo DEI sedens. Anti-Christus Orientalis est Mahomed, cujus imperium incidit in ann. Christi 622. quo tempore non solum inchoavit regnum Saracenorum seu Arabum in Persiâ Regum 26. usque ad annum Christi 1545. sed etiam Caliphatum, id est, Vicariatum in Bagdæo & Damasco: Inde numeratur Chaliphæ usque ad ann. Chr. 868. numero 10. Postea divisus iste Chaliphatus in Caliphatum Syriæ & Aegypti ao. 869. Chaliphatus Aegypti floruit usque ad annum Chr. 1245. quo rerum potiti sunt Mamaluki sive servi. Chaliphatus Syriæ duravit usque ad an. Chr. 1255. Ab eo tempore crevit Turcarum potentia, in primis an. 1297. sub Ottomanno, unde imperium ipsorum dicitur Ottomanicum, De Antichristo occidentali, sedente in templo Dei &c. observanda seqq.

Conceptio. IX. Mensium, id est an. 277. Hoc tempore, dum uterque *Euβgυov* in utero matris (serpentis) inclusus latuit, Ecclesia Christi sanguine fundata & prædicatione Apostolorum eorundemque discipulorum collecta est.

Infantia, usque ad primatum, à siæ X. persecutionum, ab eo nimirum tempore, quo Constantinus M. ecclesiam de omnibus rebus decimas solvere imperavit Romanæque Ecclesiæ palatium Lateranum donavit, ubi plurimi errores & abusus invaluerunt.

Adolescentia, à primatu ad Tyrannidem. Hic cristas altius erigere cepit.

Juventus, à Tyrannide ad fraudulentas nundinationes, ab an. 897. præcipuè inchoans.

Ætas gravior, avaritiæ sordibus infamis abhinc ad tempus Lutheri.

Senectus sanguinolenta hoc tempore.



# Regnorum mundi divisio, Reusn. Keckerm. &c.

## I. Monarchia tempore floruerunt :

1. Regna: (A) in Asia, a Israeliticum, integrum, cœpit 2381. Scissum, in Hierosolymitanum, tribus Iudz, 2971. duravit annos 394. & Samaritanum, decem tribuum, 2971. duravit 262 annos. b Chananaicum. c Moabiticum, Ammoniticum, Palæstinum. d Medianiticum, Idumæum, Gyriacum. e Phœnicum, Sydoniorum & Tyriorum. f Trojanum cœpit 2488 duravit 300. g Phrygium, Mysium, Lycium. h Lydium circa 2500. i Amazonicum circa 2070. (B) in Africa, a Ægyptium, cœpit 1953, duravit 1494. b Cyrenaisicum circa 3307. c Æthiopicum circa 1807. (C) in Europa, a Sicyonium, cœpit 1880. duravit 962. b Argivum, cœpit 2112. duravit 544. c Mycenæum, cœpit 4639. d Spartanum Heraclidarum, cœpit 2871. e Messeniæcum, Arcadicum, Eleum. f Corinthiacum, cœpit 2871. duravit 322. g Atticum, cœpit 2412. duravit usq; ad Archontes 490. vel ad Democratiam 827. h Thebanum Loerense, Doricæ, Phocensæ, i Oechalensæ, Ætholicum, Phthium, Scyrium. k Ægineum, Salaminiæ, Cephalenium. l Thessalicum, Euboicum, Pelasgicum. m Latinum, cœpit 2789. n Albanum, cœpit 2820, duravit 400. o Romanum, cœpit 3270. duravit 245. p Thyrenum seu Thuscum 1708. duravit 1891. q Celticum, cœpit 1805. r Celtibericum in Hispania circa 1801. s Teutonicum, cœpit 1812.

2. Dynastia Iudaica 2494. duravit an. 387.

3. Republicæ nullæ.

## II. Monarchia tempore floruerunt :

1. Regna: (A) in Asiâ, a Caricum, circa 3440. b Cilicum. c Salaminiæ Cypri. d Bosporanum. (B) in Africa, Ægyptium, cœpit 3540. duravit 82. (C) in Europa, a Macedonicum, Lyncestarum, 3165. b Thraciam, Odryfarum. c Pannonium. d Scythicum.

2. Republicæ: (A) in Africa, Carthagenfis. (B) in Europâ, a Attica, cœpit 3290. b Thebana. c Æginea. d Romana cœpit 3464. duravit 460.

3. Tyrannides: (A) in Asia, a Samia, b Heraclienfis, c Sinopenfis. (B) in Africa, Cyrenaica. (C) in Europa, a Sicyonia, b Corinthiaca, c Argiva, d Attica, cœpit à Pisistrati Tyrannide 3405. e Sicula, Syracusana, Agrigentina & Leontina, f Thessalicæ & præcipue Phereæ & Rhegina. (445.)

4. Dynastia Iudzor. cœpit 3435. duravit

## III. Monarchia tempore floruerunt :

1. Regna: (A) in Asia, a Cappadocium cœpit circa 3400. b Ponticum cœpit. circa 3460. c Bythinicum, cœpit. 3650. d Medicum Atro-

patenes 3649 e Pergamense, cœpit 3689 f Armeniacum, circa 3760 g. Parthicum Artaxidarum, cœpit 3725. h Bactrianum, 3630. i Iudaicum, cœpit 3870. durav. 65. k Comogenis, Indicum. l Arabicum, Paphlagonicum. m Ibericum, Albanicum. n Colchicum, Chalcidicum. o Adiabesicum, Edessanum. p Iudarum. (B) in Africa, a Cyrendicum. b Namidicum. circa 3720. c Mafricanicum, 3760. (C) in Europa, a Molossicum Epiri, circa 2800. b Illyrium. c Acarnanicum Athamanum. d Britannicum.

2. Tetrarchia sola Galatica, in Asiâ.

3. Republicæ: (A) in Asiâ, Rhodia (B) in Europâ, a Achaica. b Ætolica. c Massiliensis. d Romana cœpit 3464. duravit 460.

4. Tyrannides: (A) in Asia, Cybrea Pisidæ. (B) in Europa, a Spartana. b Arcadica. c Atheniensis.

## IV. Monarchia tempore floruerunt:

1. Regna: (A) in Asia, a Parthicum, cœpit A. C. 17. duravit 209. b Perficum, cœpit. 227. duravit 305. c Saracenicum, cœpit. 622. duravit 248. d Hierosolymitanum, conditum à Godefrido Bilio 1099. duravit 88. e Cyprium familiæ Lusignanæ, cœpit 1192. f Armeniacum, Indicum, Tartaricum, 1200. g Turcicum familiæ Trangoloipeis, cœpit 1052. dissolutum inde indiversorum Sultanonum 770249189 & præsens Othomannorum, cœpit 1300. (B) in Africa, a Vandalicum, cœpit 382. duravit 153. b Ægyptium Calypharum & Sultanonum. c Tanetanum, Marocense, Fessanum. d Tremissanum, Æthiopicum, Pre-tajanis. (C) in Europa, a Gothicum: Ostrogothorum in Italia, cœpit 492 dur. 60. Westgothorum in Hispania, cœpit 411 disceptis exinde in alia multa 739 b Longobardicum, cœpit 570 durav. 204. c Neapolitanum, cœpit. 1282. d Siculum, cœpit. 1130. e Francicum seu Gallicum, cœpit. 419 f Burgundicum, cœpit. 890. dur. 142. g Anglicum, cœpit 449. h Scoticum, A. M. 3640. i Danicum, Svecicum, Norvegicum. k Saxonicum, circa A. M. 3890. l Bavaricum 419. m Slavicum Obotritarum, circa A. M. 370. n Moravicum, de hinc mutatum in Bohemicum 1086. o Polonicum circa 800. p Ungaricum, cœpit. 997. q Bulgaricum. r Bosnenic, Russicum, Moschicum. s Saracenicæ aliquot in Hispania.

2. Electoratus, 998.

3. Ducatus & Comitatus varii.


4. Exarchatus, Ravennas Praefectorum Bizantinorum cœpit. 569. dur. 182.

5. Republicæ præcipuæ: Veneta, Genuensis, Helvetica.

PRUDENTIAE.



# PRINCIPIS PRUDENTIA ET VITIA EI CONTRA- RIA.



**C**onferturcum TIBIIS FERREIS & pedibus ferro & luto permixtis, & cum BESTIA terribili, cujus dentes ferrei. Sicut enim ferrum robore ac duritie omnia metalla superat & confringit: Erubescit robustiores dentibus omnia confringunt: Ita hæc Monarchia superiores fortitudine & duratione vincit. Dentes & unguis sunt Romani, præprimis Val. Levinus, C. Fabricius & alii. Victores variarum nationum, qui, quæ semel sub jugum redacta apprehenderunt, adeo fortiter tenebant, ut nemo ista ex unguibus eripere potuerit. Quomodo hæc Monarchia postea ut bestia jam satura, quæ devorare non potuit, pedibus conculeant, exemplo sunt excidium Hierosolymitanum alique ejusmodi multorum Imperatorum conatus Tyrannici. Ferrum ignobilis est ære, argento & auro. Sic Monarchia hæc morum bonitate est superioribus inferior. 1. Monarchia est J. CAESAR, propter mutationem regni Vertebris lumborum assimilandus, 2. AUGUSTUS est propter pacem illius temporis & natiuitatem Christi, Luc. 2. versic. 1, Os sacrum, reliqua ossa magnitudine vincens, sub spinâ dorsû, ubi partus promovetur, 3. Coxeadix, Ragades & Coccyx sub ossè sacro, tribus vel quatuor vertebris constans, notat sequentes impurissimos Imperatores priorum trium seculorum usque ad seculum quartum & Constantinum M. primum Imperatorem Christianum.

Porrò inferior pars hominis secundum duas tibiae in tres partes dividitur, prima divisio est inter ventrem & femora, secunda in genibus, tertia in pede imo: Ita etiam hæc Monarchia secundum duas Tibias, Imperii Orientalis & Occidentalis, ter dividitur, 1. Inter Constantinum M. filios, 2. Inter Theodosii filios, 3. Inter Carolum M. & Nicephorum.

Decem pedum Digni & 10. Corona sunt 10. Regna, 1. Germania, 2. Italia, cum Regno Siciliae, Neapolitano & reliquis insulis, quæ hodie Hispano parent, 3. Gallia, cui regnum Navarrenum adheret, ut plurimum tamen nunc Hispanorum armis fatalibus subactum, 4. Hispania, cum Lusitaniâ, Castiliâ, Arragoniâ & Legionis regno, 5. Anglia, cum Scotiâ, Dania, Norvegiâ, Sveciâ, 6. Sarmatia, sub qua Bonemiâ, Polonia, Moscovia, 7. Pannonia, cum Illyrico: Quæ omnes excussio Romanorum iugo propriis Regibus subiectæ sunt. 8. Aegyptus vel Syria, cui Africa coniungitur, 9. Asia, & 10. Græcia: Quæ Tria regna Turca, parvum illud cornu, jam pridem à Monarchia hæc avulsit. Lutum in pedum digitis est Papa & Turca. Specialem singulorum enumerationem vide alibi.

Nota: 1. Monarchia etiam assimilatur supremo elemento, Igni, item primæ anni-parti, Veri, propter excellentiam, &c. II. Aeri & AEstati, propter Israelis liberationem ex Servitute Pharaonis, III. Aquæ & Autumno, propter varios regiminum casus & abundantiam fructuum malè adhibitorum, item Judæorum panem lachrymarum, quem præprimis sub Antiocho comederunt. IV. Terræ & Hyemi, propter terreno-mala hominum opera & charitatem refrigerentem.

Filii Jacobi vel Tribus Israel.

Rub-Simeon, Levi, Jud, Dan, Naphthali, Gad, Aser, Isach.

Zebulon & Joseph, Benjamin atque minor.

XII. Apostoli.

1. Petrus & 2. Andreas, 3. Jacob. 4. Johanh; 5. Philip. 6. Barth.

7. Thom. 8. Matth. Pub. 9. Jac. Alph. 10. Lebbeus, 13. Sim. Can. 12. Jud. Isch.



## IV. Monarchiam

Reusner, Alsted. & alii considerant  
ut hominem ejusque  
ætates.

I. Neunabula sunt sub Coriti-Janigenis, Aboriginibus & Aeneadis. Coriti-Janigenæ vel posterij Jani & Coriti sunt Gomer, a. M. 1799. Janus, Sabatius, Cranus sive Coritus, Aurnus, Malotrages, Sicanus, Gigantes Italiam opprimentes, Osiris Aegyptius qui Gigantes ex Italiâ expulit, Lestrigio, Hercules Libyus, Thuscus, Alceus, Kithim, etiam Italus & Atlas dictus, cujus filia Roma, à Patre prima Aboriginum regina creata, urbis Romæ fundamenta posuit, quam postea Romulus perfecit. Sub Kithim igitur Dynastia est divisa, ita ut Aborigines usque ad Aeneam primum Latinorum regem in Italia regnaverint, Coriti-Janigenæ autem longa serie usque ad an. M. 3664. in Thuscâ regnum obrinuerint.

II. Valetudo est integra, afflicta & recuperata. Valetudin. integræ Infantia est sub 7. Regibus Rom. quorum 1. Romulus a. M. 3220. 2. Numa Pompilius, 3. Tullius Hostilius, 4. Ancus Martius, 5. Tarquinius Priscus, 6. Servius Tullus, 7. Tarquinius Superbus, a. M. 3464. qui omnes excepto ultimo sub Monarch. I. vixerunt.

III. Valet. integræ Adolescentia est à primis Coff. usque ad primum bellum Punicum a. M. 3708. sub 2. & 3. Monarch. ad J. Cæsarem. Hic Populus Rom. robustus domitâ jam Italiâ Alpes fretumque conscendens, Africam, Europam & Asiam bellis victoribus usque visus peragravit.

IV. Valet. integræ Juventus abhinc ad Neronem Augusti successorem a. C. 16. Hic populus Rom. in juvenem erectus ex omni totius orbis plaga triumphos reportavit.

V. Val. int. AEtas ingravescens ad Alexandrum Severum inclusivè a. C. 229. Hic populus Rom. ad senium vergens crebrisque bellis externis & civilibus defatigatus solo duntaxat nomine vicisse scribitur.

VI. Val. int. Senectus ab Al. Sev. exclusivè ad Odoacrum Herulum, primum Barbarum Italiâ regem & Occidentem ab oriente avulsionem, a. C. 476.

Hic populus Rom. Imp. inertia totus enervatus non solum variis populis coepit esse despectui sed & ipsa urbs ab exteris Gentibus aliquoties capta totque ruinis ac ruderibus passim deformata est, ut jam non amplius lapidea aut marmorea (qualem se Augustus olim relicturum gloriatus est) sed terrea & latericia esse incipiat.

VII. Valetudo afflicta Hemplexiâ, ab Odoacro ad Heraclium. Hic imperium Rom. in Occid. penitus occidit, Barbaris populis Italiæ ac urbi dominantibus, usque ad a. C. 622. ubi Mahometis regnum etiam incipit.

IV. Valetudinis recuperatæ Infantia, sub Heraclio usque ad Carol. M. a. C. 800. Hic Aquila Romana revirescere quidem incipit in Occidente, in Oriente verò Cancro sive Herpete infestatur, nempe Mahomete qui ex hoc tempore ad nostram usque ætatem imperium in oriente (sicut Papa in Occid.) affixit.

IV. Val. recuperatæ Adolescentiæ à Carolo Magno & translatione Imperij ad Germanos, usque ad Ottonem M. qui Collegiæ Electoralis fundamenta jecit. a. C. 998.

X. Val. recuper. Juventus ab Ott. III. ad Ottonem IV. Saxonem, a. C. 1199.

XI. Val. recuper. AEtas gravior ab Ott. IV. ad Venceslai exautorationem & Ruperti Palatini electionem. Hoc tempus discordibus Imp. electionibus & interregnis fuit plenum.


XII. Val. recuper. Senectus ad nostra usque tempora.

Reges Persarum ferè fuerunt appellati Darii & Artaxerxes. Aegyptii suos reges appellabant Pharaones & Ptolemæos; Parthi, Artacidas, Latini Murranos; Albani Sylvios; Romani Cæsares; Philistæi Abimelech & Achis; Seythæ Scholoros; Dani Skioldungos; Turcæ Othomanos.

*Series Regum Ante-Monarchicorum.*

1. Romulus, hinc 2. Numa Pompilius, 3. Hostilius,
4. Ancus, 5. Tarquinius, post 6. Servius, atq; 7. Superbus,

# PRINCIPIS TEMPERAN- TIA ET PVGNA CVM VARIIS MONSTRIS.





# PRINCIPIS FORTITUDO ET DE DVOBVS MONSTRIS VICTORIA.

<p><i>Socia, pectus ipsius</i> roborantes.</p>	}	<i>Fidentia.</i>
	}	<i>Magnanimitas, μεγαλοψυχια.</i>
	}	<i>Patientia.</i>
	}	<i>Perseverantia.</i>
<p><i>Ministra, Φιλοπονια, aversata otium ignavum.</i></p>		

## FORTITVDINIS

<p><i>A fronte, TEMERITAS: cujus comites</i></p>	}	<i>Confidentia.</i>
	}	<i>Insolentia.</i>
<p><i>Hoftes ipsam oppugnantes</i></p>	}	<i>Immanitas.</i>
	}	<i>Pertinacia.</i>
<p><i>A tergo TIMIDITAS: cujus socia</i></p>	}	<i>Diffidentia.</i>
	}	<i>Mugnoψυχια</i>
	}	<i>Impatientia.</i>
	}	<i>Inconstantia.</i>

*Hieroglyphica* 4. *Monarchiarum*  
*Descriptio.*

Daniel. 2. & 7.

*Prima Assyrio - Babylonica.*

**A**ssimilatur **CAPITI AUREO & LEO-  
NI ALIS AQVILINIS ORNATO.**  
Aurum est metallum præstantissimum,  
caput vel ut arx hominis, leo rex inter qua-  
drupedes, aquila inter volucres: Sic hæc  
Monarchia reliquas divitiis, splendore, po-  
tentia, &c. antecellit, Initia jecit 1. **NEM-  
RODUS**; robustus venator, cõparandus **Ce-  
rebro**, in quo judiciũ, ratiocinatio & me-  
moria, 2. **Filius cui BELUS**, instar **Patris** ma-  
tris, feliciter regnat; 3. **NEPOS, NINUS** vel **As-  
suta** cum uxore **SEMI RAMIDE**, tanquam  
**Dura Mater**, malè imperat. 4. **Pronepos,**  
**NINUS** vel **Amraphel** cen. 14. notat tem-  
pora, quia somnolentus est, habens mul-  
tos eunuchos & mulieres, 5. **Abnepos, A-  
rius** princeps moderatus, est **Vertex**, me-  
dium tenens, 6. **Atnepos**, ultimus horum  
**ARALUS** homo militaris & voluptarius,  
est occipit, 7. **Sequentes** 3, usq; ad **Sarda-  
napalum**, propter malam vitam sunt **Cap-  
illi**, capitis excrementa. 8. **SARDANAPALUS**  
homo effœminatissimus, tanquam frons  
fusco muliebri exornata, ultimus est in hæc  
Monarchia integrã, cujus præcipuæ par-  
tes, vel urbes, seu frontis montes, sunt **Ba-  
bel** in Chaldaea, **Ninive** in Assyria, 9. **PHU-  
BELOCHUS** vel **Belesus** vitam **Sardanapali**  
infamem audiens, unde **Auditui** comparatur,  
cum **ARBAEC** in **Sardanapali** necem  
conjurat, quo occiso imperium dividitur,  
& **Medorum**, sub quibus & **Perfarum**, Rex factus  
est **Arbaecus**, 2. **Babyloniorum** autem  
sive **Assyriorum** **Belesus**. Hæc divisio **Li-  
nea**, medium dividenti, aliàs **Arca** dicit, &  
aliis **aquilinis** confertur, De illo **Phul** vide  
2. Reg. 15. 19. **Filius ejus**, 10. **Phul** **Assur**  
vel **Tiglat Pileser** terrã **Israel** fertilitatem  
videns, unde **Visui** compar, vaticinante **Je-  
saiã** a **liisq;** qui **Videntes** 1. **Sam.** 9. 9. dicuntur  
ideoq; etiam **Oculi** hujus capitis sunt, **tribum**  
**Naphthali** in **Assyria** abducẽs, **Ga-  
lilaam** & alia bello acquirit, 2. Reg. 15. 29.  
Hujus prædæ paternæ gustum percipiens,  
11. **SALMANASSER** (**Gustui** idcirco com-  
parandus) per triennium obsessã **Samariã** &  
tandem captã totum **Israëlis** regnum dele-  
t, & 10. tribus in captivitate abducis  
in sedes earum **novos colonos** ex **Assyria** &  
**Persia** deducit, 2. Reg. 17. **SENNACHERIB**  
12. **Olfactui** comparandus sive **avem** odorẽ  
regni **Jude** percipiẽs, **Hierosolymam** ob-  
sedit, sed cæcis una nocte per angelum  
18000. militibus tantus foetor ipsius na-  
res in vadit, ut ignobili fugã in **Assyriam**  
reverti necesse habeat, ubi à suis filiis nece-

tur, 2. Reg. 19. Hujus filium 13. **ASSARHAD-  
DONEM**, propter declinationem regni inferi-  
ori capitis parti, cervici comparandũ,  
traigit & regno pellit 14. **MERODACH**, præ-  
fectus in **Babylon**; 2. Reg. 20. **Ier.** 50. **Tadui**  
idcirco cõparandus; Hic destruxit **Ninive**  
**Babylonẽ** in **Chaldaea** regni sedẽ trãserit,  
hinc sequentes dicitur **Impp.** **Babylonici.**  
15. **BEN MERODACH**, **Mãd** bulã assimilatur  
superiori; Inferiori 16. **NABUCHDANOSOR**  
primus, aliis **Nabopolassar**. Ille **Manassẽm**  
captivum tenet; Hic **Neconem**, **Regem**  
**Aegypti** comminuit, dentibus; h. e. po-  
tentia sua **Pharõtem** **Medorum** **Regem**  
cum omnibus copiis cõterit. Huic succedit  
filius 17. **NABUCHDANOSOR** magnus, quem  
ipse **Daniel** caput aureum vocat, quia præ-  
aliis **Regib;** **Babylonicis** potentia excellit,  
& tribuuntur ipsi **alæ** **aquilæ**, quia admira-  
da felicitate res maximas conficit. Hujus  
filius 18. **EVILMERODACH**, rex moderatus,  
similis lingvæ bonæ, educit regẽ **Joachim**  
ex carcere, 2. Reg. ult. **Ier.** ult. Circa hoc  
tempus lingua septem Sapientum claret,  
**REGASSAR** 19. vel **Nereglassar**, **Nabuchda-  
nisoris** gener & 20. **LABASSARDACH** vel  
**Labyinitus** sunt instar **Barbæ** quam **Cyrus**  
abradit. 21. **BELSAZER**, vel **Laborosoar-  
dach** item **Nabonidus** dicitur, **Nabuchda-  
nisoris** nepos **Gulã** comparatus, quæ an-  
ginã perit, **blasphemus** & **temulentus**, cum  
aulicis potans, **Babylonẽ** à **Cyro** captã,  
confoditur, **Dan.** 5.

*Secunda Medo - Persica.*

**C**omparatur **URSO**, quod animal mi-  
nus generosum est **leone**, **ignavũ**, **tar-  
dum**, **rapax**, **crudelè** & **carnivorum**. Per  
prælongos dentes in ore denotantur tria  
regna, quæ hæc **Monarchia** sub se habet,  
**Babylonicum**, **Medum** & **Persicum**, & tres  
illi salutares principes inter **Perfas**, **Cyrus**,  
**Darius** **Hyst.** & **Artaxerxes** **Longim.** & cli-  
quifere omnes plurimo innocẽti sangui-  
ne fuso multum carnis devorantur. Aliàs  
hæc **Monarchia** **ARGENTROPECTORI** as-  
similatur, **Pectus** duo habet **Brachia**, ita  
hæc **Monarchia** ab initio fuit duplex, con-  
stans ex **Medis** & **Persis**, **Argentum** vilius  
est **auro**, ita hoc regnum inferius primo,  
quo ad robur, divitias, virtutem & duratio-  
nem, **Cor** in hoc pectore est 1. **Cyrus**, à quo  
spiritus vitales in populum **Dei** jam annos  
70. in **Babylone** captivum derivantur, 2.  
**Chron.** ult. **Cyro** adjunctus **aviculus**, **Dar-  
ius** **Medus**, quicum ipso **Babylonem** oc-  
cupar, **Cuticula** est cor in pectore tegens:  
& **Darii** hujus frater, **Cyrus** **Medus**, **Poten-  
tia** irascens in corde, quippe non solum re-  
stitutionem **Judæorũ** impedit sed etiã **Tom-  
myrim** **Seytharũ** reginam infeliciter bello  
lacerã



laceffit. 2. **CAMBYS**, filius Cyri degenes, bibax, est Aqua præternaturalis in corde crescens. 3. **DARIUS HYSTASPES**, Camb. fil. & 4. **XERXES**, Darii fil. sunt duæ partes Pulmonis; Ille est pars obstructa, quia sub ipso edificatio templi impeditur; Hic aperta & libera, quia Judæos Alhmate laborantes ab Hamanis Tyrannide rescit. Quâquam idem Xerxes potest conferri cum Brachio hujus pectoris sinistro, quia multa infelicitate tentat cõtra Græcos & superbia clatus compedes maris injicit. Manus sinistra hujus brachii est 5. **ARTAXERXES** Longimanus, Xerx. fil. iustauratione templi prohibens. 6. **DARIUS**, Nothus, Attax, fil. Brachium dextrum, editum Cyri de templo renovat. 7. **ARTAXERXES** propter bonam memoriam Mnemon dictus, Darii Nothi fil. est dextraliberalissima manus, quia Judæi sub eo muros Hierosolyma: absolvunt. 8. **ARTAXERXES DARTUS** OCHUS, Mnem. fil. est Sternon, solidus os pectoris, reliquos fratres occidentes Judæosq; valde premens. 9. **DARIUS ARSES** vel Arsaces, Ochi fil. est spina dorsa, Bagoa: ægyptio, qui etiã ipso parentem adeoq; omnem Cyri familiam interfecit, fracta vel occisa. 10. **DARIUS CODOMANNUS**, est dia phragma, ventrem medium ab infimo distinguens, pleuritide affectum, ab Alexandro trib. præliis attritum & tandem ruptum,

*Tertia Macedo - Græca.*

**S**imilis est **AEREO VENTRI**, tum quia duab. præcedentibus est inferior, tum quia fama bellorum Alexandri M. tanquam fontus aris per totum propè orbem auditur tum etiam quia hæc Monarchia toto durationis tempore fere 300. ann. bellis gerendis semper occupata est, aris siquidem armis veteres ut plurimũ usi sunt. Aliàs quoq; comparatur **PARDO**, qui singulari astutia simas circa corpus ejus saltantes (simulat enim mortem, ut cadaver videatur) in ipsis tripudis defatigatas opprimit. Ita Philippus Macedo Græcos bello Peloponnesiaco fractos opprimit, eosq; tanquam cibos non aliter ac ventriculus devorat & per venas Mesaricas, fortissimos nempe duces, Ptolemæum Lagi, Antipatrum & Parmenionem Epatici calido, filio trãsmittit. Hoc Epatri, **ALEXANDER**, quod initio quidem satis rectè valet, insignis enim est clementia, moderatione ac prudentia in Babylone vino incallescens, venere ac veneno tandem corrumpitur. Venter itaq; notatue continentiam Alex. M. nec non successorum, sicut etiam Hircus, libidinosum animal, per totam terram veniens, Dan. 8. Ubi præter dictam incontinentiam incredibile Alexandri celeritas notatur, qua per

4. suos satrapas vix 4. annorum spatio magnam partem Europæ cum tota Asia sibi subjugat. Sicut autem Epar dignit 4. humores & Pardus est quadriceps, Hirci et jam cornu magno fracto alia quatuor surgunt: Sic Alexandro magni, in ipso ætatis flore extincto regnum ejus in 4. imperia versus 4. mundi cardines distribuitur 1. Merid. A. Ægyptiacum Ptolemæi & ejus posterorum usque ad J. Casarem. 2. Orient. Syriacum Seleuci & successorum usque ad Pompejum, qui ex Asia & Syria Romanam Provinciam facit. 3. Septentrion. Asiaticum Antigonii, 4. Occid. Macedonicum Cassandri, cujus familiã extinctã à posteris Antigonii regnum administratur, tandem Romana sit Provincia. Ex his Seleucidæ & Lagidæ constituunt duo Latera ventris, quia ipsorum potentia est præcipua, de his intelligend. Dan. 11. ubi per Regem Austri rex Ægypti, per Aquilonis, Syriæ denotatur. Ex 4. istis Alexandri Magni Successoribus 2. **PTOLEMÆUS LAGI** filius, proximus post Alexandrum, benè regnans in Ægypto similis est Venæ cavæ, videnti purum sanguinem; Sanguis ille est filius, 3. Ptolem. **PHILADELPHUS**, piorum doctorum Meccenas liberalissimus, in Ægypto Biblia à Judæis in Græcum Sermonem verti curans. Antigonus, minorem Asiam occupans Phlegmati comparatur, cujus regnum Cathertho simile definit in filio Demetrio, qui à genero, Seleuco rege Syriæ capitur; Hinc regnum Asia cum Syrio conjungitur.

Antipater, Macedoniam & Græciam tenens, strenuus bellator, est Vesica fellea. Fel (ira sedes) est Cassander, filius, sicarius domus Alexandri M. everfor, sicut non minus successores ejus omnes cholericæ nature propter iram & bellum comparantur. Seleucus deniq; Nicanor Syriam & Babyloniam in potestatem suam redigens, est instar Splenis, in quo melancholia colligitur, cujus successores pleriq; infaniã & furore plusquam melancholico laborant, in primis parvum illud cornu, quod ex postremo hoc cornu natum, Dan. 8. i.e. Antiochy Epiphanes vel Epimanes, qui reverã Stercus hujus ventris est, cõpurcans templum Hierosolymitanum &c. Reliquit tam Ægypti quam Syriæ reges sunt intestina immunditici plena, vesica, pudèda &c. Hinc variis sanguinolentis & libidinosus venter morbis, calculus, dysenteria, tumore, &c. laborans, tandem cum impudicã Cleopatrã rumpitur & sit Ægyptus Provincia Romana. Hiscæ Ventris morbis annumerantur varii Sectarum errores tunc orti, ut, Pharizæi, Essæi, Sadducæi, &c.

\* \*  
\*

# PRINCIPIS JUSTITIA ET BELLVM INTERNECINVM

CVM FVRIALI ἀδικία

{ RELIGIO, Δισέβεια, super capite residens.  
PIETAS, Φιλοσογία, è corde jubaris in-  
star effulgens.

{ GRATIA, à sinistris in auream lancem  
præmia pro meritis rependens.

{ VINDICATIO, à dextris gladium ultio-  
nis porrigens.

{ OBSERVANTIA, ad pedes ejus prostra-  
ta jaccens.

{ VERITAS, unà cum filiâ FIDE à collo  
ipsius Ε' amplexibus pendens.

Filia. PAX, EIRENE, Φιλοσυχία.

JUSTITIAE

{ LIBERALI-  
TAS: quæ in

Sobria.

{ AMICI-  
TIA vel

{ Hostis ἀπονοδ Θ', ἀδικία κωνοκέφαλ Θ', centum undignâq;  
stipata furvis infernalisibus.

{ Κτήσις, Fructuaria, sita in { Avaritia fugâ.  
Parsimoniâ.

{ Χρησις quoad { δ' ἀπάλω, MAGNIFICENTIA,  
δ' οὐν, ΜΥΝIFICENTIA, Bene-  
ficientiâ.

{ Naturalis.

{ Civilis, eaque partim { Communis.  
Perfeda.

{ Hospitalis Φιλοξενία. { Socialis.



**DISTANTIAE VEL INTER-**  
 valla quædam annorum & factorum, ad  
 veritatem Histor. & Chronologiae eò  
 melius inquirendam, notatu digna.  
 Helvici.

Ann.

215. Habitavit Abraham cum  
 posteris in terram Caaam. Inde } summa  
 215. A descensu Jacobi in Aegy- } 430.  
 ptum ad exitum.
480. Ab exitu ex Aegypto ad templum  
 Salomonis seu 479. completi.
1260. Ab initio Epochæ Assyriacæ ad  
 exitum Sardanapali.
1902. Ab initio Epochæ Assyrior. ad Ba-  
 bylonem ab Alexandro captam.
10. Anno Saulis cepit regnum Davidis.
390. A Jerobeam ad exitum Hierof.  
 Ezech. 4.
40. A decimo tertio Josiæ ad exitum  
 Hierofol. ibid. Jer. 25.
70. Duravit captivitas Babylonica.
235. Ab initio Cyri ad mortem Alexand.
588. Ab initio Cyri ad baptismum Chr.
250. Ab initio Cyri ad finem Darii ultimi.
294. A morte Alexandri ad Monarchiam  
 Augusti post Actiacam victoriam &  
 mortem Cleopatæ.
126. Circiter à templi repurgatione &  
 Sacerdotio Maccabæi ad Herodem.
107. A captâ Hierosoly mâ sub Pompejo  
 ad ejusdem *παυλοκτηριαν* sub Tiro.
10. Annis, postquam Pompejus templum  
 ingressus erat, illud à Crasso spoliatur.
27. A captâ Hierosoly mâ sub Pompejo  
 ad captam ab Herodæ ( inclusivè )
300. Duravit Monarchia Macedonum,
380. A Cæsaris imperio ad Coss. Val.  
 Constantium & Rufin. Albinum ( Anno  
 Christi 335. )
106. A Nicæno Concilio, 50. à Constan-  
 tinopolitano ad tertium Oecumenicum E-  
 phesinum Coss. Antiocho, Basso, anno Chr.  
 431.
207. A Diocletiani initio ad initium A-  
 nastasii. Et à principio Augusti 532. mens. 7.
- Exempla Epochæ ab U. C. Roma.
- Roma condita anno 1. Charopis Athe-  
 nienensis Olymp. 7. ann 1. Hæc tamen senten-  
 tia ita intelligenda, ut de precedente anno
4. Olympiadis 6. adhuc tres menses con-  
 numerentur à die 21. April. quo urbis pri-  
 ma Palatia ad Olymp. 7. initium die 27. Jul.
301. Anno U. C. creati X viri, anno se-  
 quente Magistratum incunt.

365. A. U. C. Roma à Gallis capta, annis  
 16. antebellum in Leuctris gestum.

472. A. U. C. bellu Roman. cum Pyrrho.

489. A. U. C. bellum Punicum I. sec. Solin.

535. A. U. C. bellum Punicum II.

604. A. U. C. bellum Punicum III.

640. A. U. C. bellum Cimbricum.

710. A. U. C. Mors Cæsaris, I. Mart.

234. A. U. C. Babylon. secundo capta à

Dario annis 186. ante mortem Alexandri.

Exempla Epochæ à Trojano excidio.

80. Anni à Trojæ excidio ad reditum

Heraclidarum in Peloponnesum: Inde

anni 328. ad Olympiadum initium. Summa:

A Trojæ exc. ad Ol. init. 408. anni.

432. Anni à Trojæ exc. ad U. C.

688. Anni à initium Agathoclis regis

Syraculani, qui cepit Olymp. 115. anno 3

780. Anni ad Olym. 94. ann. 2. qui est,

annus 28. belli Peloponnesiaci, quando

Dionysius Siciliae Tyrannus pulsus & Athenis

XXX Tyranni constituti.

Sex Millenarii hujus mundi & temporis.

Heroes vel gubernatores millenario-

rum sunt: 1. Adam, moritur A. M. 930. 11.

Noah, moritur A. M. 2005. III. Abraham

moritur A. M. 2123. Ejus posteritas floret.

ad Davidem. IV. David, moritur A. M. 2929

Ejus posteri florent ad Christum, qui na-

scitur A. M. 3949. V. Augustus, VI. Papa.

Congubernatores sunt: I. Patriarchæ

ante diluvium. II. Patriarchæ post dilu-  
 vium. III. Patriarchæ post Abraham, puta

Isaac, &c. & Judices. IV. Reges Juda &

Duces post captivitatem usque ad Hero-

dem. V. Cæsares, Latini, Græci, Germa-

ni. VI. Cæsares Austriaci.

Res memorabiles sunt: I. Mundus cre-

atur. Enoch vixus in cælum assumitur. II.

Tempore Noë diluvium immittitur. Mon-

narchia I. incipit. III. Circum cisio insti-

tuitur. Moses educit populum ex Aegypto.

Troja exciditur. Salomon ædificat tem-

plum. IV. Seculum Prophetarum & Poe-

tarum incipit. Decem tribus in captivita-

tem abducuntur. Roma condita sumit in-

crementum. Monarch. II. III. & IV. flo-

rent. Christus nascitur. V. Evangelium

propagatur, Hæretici & Tyranni illud per-

sequuntur. Papisinus & Mahometismus

oritur. VI. Papisinus magis invalescit,

reformatur per Lutherum. Germania bel-

lo corripitur.



# HISTORICO - CHRONOLOGICA

NOTATIO PATRIARCH. IMPERATOR IV. MONARCHIAR. &c.  
in 6. intervallis descripta, ex Alstedio & aliis.

I. Intervallum est à creatione mundi ad diluivium, annor. 1656. Hic sunt 10 Patriarchæ antediluviani;

1. *Adam.* 2. *Seth.* 3. *Enos.* 4. *Cainan.* 5. *Malaleel.*

6. *Jared.* 7. *Enoch.* 8. *Vivax Mathusla.* 9. *Lamech.* 10. *Noah.*

II. A diluivio ad Monarch. I. annor. 61. 20. M. 1717. Hic sunt 4. Patriarchæ postdiluviani ?

*Ecce* 1. *Noah.* 2. *Sethus.* *Tunc* 3. *Arphaxad.* 4. *Sala quartus.*

III. Est Monarch. I. annor. 1702. ab 20. M. 1717. ad 3419. habens tres articulos, pro triplici connexione hujus Monarchiæ cum triplici potestate Judaicâ ita ut initium & pueritia hujus Monarch. connectatur cum potestate patriâ post diluivium; medium seu vigor cum potestate judiciariâ; ætas gravis & decrementum cum potestate regiâ.

1. Articulus vel initium Monarch. I. à Nimrodo ad nativitatem Moſis est 19. Patriarcharum;

*Post* 1. *Sala vixerunt bis sex hoc tempore: ut 2. Heber.*

3. *Peleg.* *Post* 4. *Regu.* 5. *Serug.* 6. *Nachorg.* 7. *Tharach.*

8. *Abraham.* & 9. *Isaaco.* 10. *Jacob.* 11. *Levi.* 12. *Caath.* & 13. *Amram.*

Cum Sala, Hebr; Pel; Reg; Ser; Nah; Thara connectendi sunt Belus, Ninus, Semiramis, Ninyas, Zames, Arius, Araluis, Xerxes & Armanithres, 8. Dynastæ priores Monarch. I. Cum Abram, 9. Assyrior, Rex Belochus, item 10. Balabus, 11. Serhus & 12. Mamythus; Cum Isaaco 13. Aschalios & 14. Sphærus. Cum Jacobo 15. Mamylus, 16. Spartheus & 17. Ascatares; Cum Josepho 18. Amyntes, 19. Belochus & 20. Balatores; Cum Amram 21. Lamprides & 22. Sofares.

2. Artic. vel medium Monarch. I. annor. 506. à 22. Assyrior, Rege Sofare (cujus 20. 17. natus est Moſes) ad tempora Saulis, i. e. ab 20. M. 2373. ad 2879. est 16. Ducum & Judicum;

1. *Moses.* 2. *Jofua.* & 3. *Orthoniel.* 4. *Ehud.* 5. *Deborâ.*

6. *Gideon.* 7. *Abimelech.* 8. *Tholâ.* 9. *Jair.* 10. *Jephie.* & 11. *Ibizan.*

12. *Elon.* *Post* 13. *Abdon.* 14. *Sarnon.* 15. *Eli.* 16. *Sammuel.*

Cum Moſe connect. 22. Sofares. 23. Lampraes. 24. Panyas, & 25. Sofarmos, cuius 20. 2. 20. M. 2453. contigit Exodus Ebræorum. Natus est Moſes 20. M. 2373. 20. 70. patris Amram; Cum Iofua & Orthon. connect. 26. Myrtraos & 27. Teutamios vel Teutanes; Cum Ehud 28. Teutaus & 29. Arabelus; Cum Debora 30. Chalaos; Cum Gideone 31. Anabos. Abimelech ad Samſon inclusivè constit. ætatem potestatis judiciariæ ingravescentem. Cum Tholâ connect. 32. Babyos; Cum Iephte 33. Tinnos; Cum Simſon 34. Percylus, Senectus & mors potest. judic. est sub Eli & Samuel, cum his conn. 35. Eupacmes & 36. Laosthenes.

3. Artic. vel decem. Monarch. I. annor. 540. ab 2. M. 2879. à initio reg. Saul. ad 2. 3419. & solutionem captivit. Babyl. est Regum Ebræorum;

1. *Saul.* 2. *David.* 3. *Salomon.* *Post* hæc (4. 2969.) est scisso facta.

Reges Iuda sunt 20.

Reges Israël sunt 19.

1. *Roboam.* & 2. *Abiam.* *tunc* 3. *Assâ.* 4. *Josaphat.* 5. *Joram.*

1. *Jeroboam.* 2. *Nadab.* 3. *Baſſa.* *Hinc* 4. *Elah.* 5. *Zamri.*

6. *Achafius.* 7. *Athalia.* 8. *Joa.* 9. *Amazias.* 10. *Azarias.*

9. *Omeri.* 7. *Achab.* 8. *Achafius.* 9. *Joramus.* 10. *Jehu.*

11. *Jotham.* 12. *Achas.* 13. *Ezechia.* 14. *Mannaſſe.* ac 15. *ſilius Ammon.*

11. *Jochas.* 12. *Joa.* *Tum* 13. *Jeroboam.* 14. *Zacharias.*

16. *Jofias.* 17. *Jochas.* 18. *Jojakim.* 19. *Joachim.* 20. *Sedekia.*

15. *Sellum.* 16. *Menabem.* 17. *Pekaja.* 18. *Pekaus.* 19. *Hoſeas.*

Cum David conn. 37. Pyritiades; Cum Salomone 38. Ophratrus, & 39. Ephacheres; Cum Aſâ 40. Acracarnes; Cum utroque Ioram 41. Sardannapalus Nobiliores Dynastæ Monarch. I. sunt:

*Nimrodus.* *Belus.* *Ninus.* *Semiramis uxor.*

*Post* *Aſtrazapes* & *Sardannapalus in oſtro.*

I. Monarch. Assyrio-Babylonica vel Chaldaica.



Hunc regno Belochus agit, Sequiturq; Phul. 3. Arbaces, Tum defuncto Mandane, Sosar<sup>us</sup> Affur  
 Et Salmanassar. Sernacherib. Assarhaddon. Aricas. Arbianes. Deioes ordine regnane.  
 Dein Merodachus habet. post Ben-Merodachus honorem. Post quos Artynes cum Cyaxare superstitus  
 Nabuchodonosor primus primusq; secundus. Ex quibus Assyges Rex Regibus ultimus  
 Quos Evilmerodach & Belsazer inde se-  
 quuntur.

Post Sardanapal. regn. in duas divisu partes. Assyriam & Babylon. Belochus, Phul. Affur &c.  
 obtinuerunt: Arbaces verò & eius success. Mediam & Persiam. Nori tamen, Assarhad-  
 don. à Merodacho regno deturbatum & ita regnum Assyrium ad Babylonios translatis,  
 unde Merodach. & sequentes. quor. ult. Belsazer, Reges Babylonie dicuntur, ut ante-  
 ced. Assyrii ob regiam sedem Ninive.

IV. Est Monarch. 11. annor. 200. ab a. M. 3419. ad 3619, habens 10. Reges:

I. Cyr. 2. Camb. 3. Hystaspis. Tum 4. Xerxes. 5. Longimanusq;

Hinc 6. Norhus. & 7. Maemon. 8. Ochus. 9. Arses. & 10. Codomannus.

V. Est Monarch. III. annor. 281. ab a. M. 3619. ad 3900. habens 13. Reges Macedonum à e qui-  
 bus 12. Dynastiam Macedonum in Aegypto administrarunt:

I. Magnus, & hinc 2. Lagus. 3. Philadelph. 4. Everg. 5. Philopator.

6. Epiphanes. 7. Philomet. 8. Physcon. 9. Latburus. 10. Alexand.

11. Latburusq; redus. 12. Anleics. & 13. Cleopatra.

VI. Est Monarch. IV. annor. 1719. ab a. M. 3900. ad a. Christi curr. 1670. vel a. M. 5619 habens  
 118. Cæsares Roman. qui dividuntur in 5. Classes, quæ singulæ incipiunt à C. Cæsar, Chri-  
 stus, Const. M. Car. M. & Car. V.

I. Classis est à Cajo J. Cæsare ad Christum nat. ab a. M. 3900. ad 3949. habens 2. Imp.

1. Cæsar & 2. Augustus tibi dant primordia Quaræ (sc. Monarch.)

2. Class. à Chr. nat. ad a. 306. seu Constantin. M. habens 35. Cæsares Lat. qui 3. prior. Seculis  
 regnarunt: (septem illi in ult. versu ad Diocletianum refer.)

I. Augustus. 2. Tiber. 3. Calig. 4. Claudiusq; 5. Neroq;

6. Galba. 7. Otto. nec non 8. Vitellus. 9. Vespas. 10. Titus.

11. Dom. 12. Nerv. 13. Trajanus. tunc 14. Adrian. & 15. 16. Antonini.

17. Commodus. 18. Aeliades. 19. Severus. cum 20. Cavacalla.

21. Macrin. 22. Elagabalus. 23. Alexand. 24. Maxime. 25. Gordian.

26. Phil. 27. Decius. 28. Valer. & 29. Galienus. 30. Claudius. atq;

31. Aurel. tum 32. Tacitus. 33. Proba. 34. Car. 35. Dioclia proles.

Induperatores sub quo comprehendit septem.

3. Class. à Const. M. ad Carol. M. vel a. Chr. 801. habens 35. Imp. Græcos, quor. imperium  
 duravit 57. seculis, 4, 5, 6, 7, 8. Horu prænomen fuit Flavius.

1. Constantinus, & hinc 2. prima est divisio facta.

3. Julianus. 4. Ioviane. 5. 6. Valenti. duo 7. Gratia flava.

8. Theodosius Magnus. Post altera seisis facta.

Occasum turbant, Orientem hæc scepra gubernant.

9. Arcad. 10. Theodosius. 11. Martinus. & 12. 13. ambo Leones.

14. Zeno. & 15. Anastasius. 16. 17. 18. Iustitres. atq; 19. Tiberius.

20. Mauritius. 21. Phocas. 22. Heraclius. & malesani

23. 24. 25. Tres. 26. Pogonatus. Tum 27. Iustiniane. 28. Philippic.

29. Artthemius. 30. Donumq; Dei. 31. Leo. 32. Copronymusq;

Hinc 33. Leo. 34. Const. 35. Iren. Post tertia seisis facta.

4. Class. à Car. M. ad Car. V. a. Chr. 1519. habens 39. Cæsar. German. qui 7. secula regnassu  
 nempe 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

1. Carolus. & 2. Ludovic. 3. Lothar. 4. Ludovic. 5. Benè calvus.

6. Balbus. 7. Crassus. & 8. Arnolphus. 9. Ludvic. 10. Thrasylbulus.

11. Auceps. 12. 13. 14. Otrones tres. 15. Henricusq; secundus.

16. Cunrad. & 17. 18. 19. Henrici tres. & 20. Lotharius alter.

21. Cunrad. 22. Barbarossa. 23. Henrice. 24. Otto. 25. Friderice.

26. Cunrad. 27. Richardus. 28. Rudolphus. 29. Adolphus. & 30. Albert.

31. Henric. 32. Ludovicus. 33. Carl. 34. VVenceslæ. 35. Rupert.

36. Sigmund. 37. Albertus. 38. Fridericus. 39. Maximilianus.

5. Class. à Carl. V. ad nostram etatem, a. C. 1670. habens reliquos 8. Cæsares, per a. scilicet  
 16. & 17.

1. Carlus. 2. Ferdinandus. Post 3. Maximus Aemilianus.

4. Rudolphus. Matthias. 6. Ferdinandus deinde secundus.

7. Tertius inde capit. 8. Leopoldus at ultimus extat.

PERSICA.

II. MEDITERRANEA.

III. MACEDONICA.

IV. ROMANO-GERMANICA.



DISPERSIO POPULORUM post diluuium ad Gen. 13.

Facta est A. M. 1757. ad Babylonem, ubi posteri Sem loca vicina Euphrati versus orientem occuparunt: Cham, loca vicina Iordani & Nilo versus occidentem; unde gentes in Europa sunt propagatae. Hinc Japhetho tribuitur Europa (cum Asia min.) Japhethia dicta: Chamo, Africa, Chamaemia: & Semo, Asia major, Semia.

**F**ilii Sem fuerunt quinque. Ab *Elam*, sunt Persae: ab *Assur*, Assyrii: ab *Arphaxad*, Chaldaei: à *Lud*, Lydii: ab *Aram* Syrii & Armenii. *Nepotes Sem* sequuntur. Ab *Uz* sunt *Αύσιται*, incolae Ausaniticis: à *Chul*, *Acoles* & oppidum *Cholle*: à *Gether*, *Gindareni*, & oppidum *Αρεγρατά*, item *Δερεκτώ*: à *Mesch*, *Myfia* & mons *Mafius*: ab *Almodad*, *Ελμυδαίοι*: à *Scheleph*, *Σελήβιοι*: à *Chazarmauesh*, *Sarmatae*: à *ferach*, *Arachofi*: ab *Adoram*, *Ευρίται* *Ρύμμοι* & *Hircania*: ab *Uxale*, *Oxii*: à *Dikla*, *Θάκεις*: ab *Obal*, *Cabolitæ* seu *Obolitæ*: ab *Abimael*, *Imaenses*: à *Schebâ*, *Σαββαι*, sive *Sacæ*: ab *Ophir*, *Opire*, & *Ophoritæ*: à *Charvilâ*, *Hevila* in India orientali: à *Jobab*, *Ίβοι*: ab *Heber*, *Hebraei*: à *Schelaach*, *Peleg* & *Foktan* sortè sunt orti *Americani*.

*Filii Cham* fuerunt quatuor. A *Chus* orti sunt *Chusii* sive *Aethiopes*: à *Mizraim*, *Masæa*, id est, *Aegyptus*: à *Put*, *Afri* ad flumen *Phut* & urbem *Mauritanicæ Phytis*: à *Cemahan*, *Cananæa*. *Nepotes Cham* sequuntur. A *Sabâ* sunt *Sabæi* in Arabia: à *Charvilâ*, *Αειλα* & *Getulia*: à *Sabberhâ*, *Sabbatheni* in *Ac-*

*thiopiâ*: à *Rahema*, *Charmania*, & *Ρέγυα*: à *Sabheca*, *Σαβαχοι*: à *Scheba*, *Sabæi* in *Aethiopiâ*: à *Dedan*, *Δεδέβελαι*, ad montem *Aldadamum*. *Posteri Mizraim* sunt *Ludim*, *Ludæi* in *Aegypto*: *Ananim*, *Numidæ*: *Lhabim*, *Libyes*, quorum antesignanus fuit *Hercules Libycus*: *Pathrusim*, *Pharusii*: *Naphthchim*, *Aethiopes* ad *Napatam*: *Casluchim*, incolæ *Cassiotidis* & *Ξυλιχέας*: *philistim*, *Palæstini*: *Caphthorim*, *Cappadoces*. Porro *Sidon* condidit *Sidonem*: à *Chet* orti sunt *Chittæi*: *Jebusæi* condidit *Jebus*, quæ postea *Jerusalem*: *Ameraus* incoluit *Basanem* & *Gilzadem*: *Gygarfarsus* est pater *Georgesenorum*: *Hirvans*, est author *Gibeonitarum*: *Harkaus* condidit *Aream* civitatem in *Phoeniciâ*: *Sineus*, *Caparsam* incoluit: *Arvadus* genuit *Arados* & *Antarados*: *Tzemaræus* est author *incolarum Tzemataram* usque ad montem *Tzemarajim*: *Chamathaus* nomen dedit *regioni Chamatae*, cujus metropolis est *Amathus*.

*Filii Japheth* fuerunt septem. A *Gomer* orti sunt *Germani* & *Cimmerii*, postea dicti *Cimbri*: à *Magog*, *Masagetae*, *Gothi* & *Seythæ*: à *Madaï*, *Medi*: à *Javan*, *Jones*: à *Thubal*, *Albani*, *Chalybes*, olim *Alybes*, & *Iberi*, qui olim dicti fuerunt *Thobeli*: à *Meshech*, *Cappadoces*, *Mysieni*, & *Moschi*: à *Thiras*, *Thracæ*. *Nepotes Japhethi* sequuntur. Ab *Ascenas* orti sunt *Ascenii* in *Asceniâ* & ad *Pontum Euxinum*, qui inde progressi sunt in *Germaniam*: à *Riphath*, *Riphæi*, qui postea dicti sunt *Paphlagonæ*: à *Togarma*, *Trigammanes* sive *Phrygæ*, & *Turcæ*: ab *Elifâ*, *Hellenes* & *Eoles*: à *Tharsis*, *Cilicæ*, & urbs *Ciliciæ Tharsus*: à *Cittim*, *Macedones*, & *Getæ*, qui postea etiam dicti sunt *Gothi*: à *Dodanim*, *Rhodii*, *Dores*, *Danai* & *Dardanidæ*.









Ung II 5

1017

E





MACROCOSMI ET MICROCOSMI  
LUX ET DUX, LEX ET REX;

39

Nuncia vel magistra vetustatis, vetustas ætatis, ætas vitæ, vita memoriæ,  
memoria veritatis, veritas testimonii, testimonium luminis, lumina  
temporis, tempus omnium rerum creatarum & gestarum,  
quæ, quales, quantæ, &c.

*Id est*

Chronologico-Geographicâ,  
Historico-Theologica

DI CONSI-  
DERATIO

*vel*

iarum, Imperatorum, nominum,  
eorumque memorabilium ad Historiam universalem,  
chronico-pragmaticam, in quantum hic opus, spectan-  
tarum scientiarum & rerum, divinarum  
& mundanarum

ET DISTINCTA DELINEATIO

icis, partim etiam aliis inventionibus & dispositio-  
ne descripta, adeoque velut in speculo totius Macro-&  
cosmi formam & figuram exhibens:

erum monumentis tam sacris quam profanis  
um etiam iis, qui hodiernum mundi statum & cursum so-  
lvere amant, ad Ecclesiæ, Reip. & privatæ vitæ consilia  
imprudenterq; de omnibus rebus iudicandum  
maximè utilis & necessaria,

isima ætatis puer, peritus verd ejusdem, etiam senili adus  
tutus, res plurimas nosse & vidisse credunt imò  
omnium ætatum hominibus & populis  
vixisse videtur.

*Opera*

AMMERSBACH. P. P. P.

edita

HELMSTADI,  
JACOBI MULLERI,  
Prostat Lipsiæ & Francofurti apud  
Henning. Grossens heredes,  
cib. lxx.

